ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 688

Curia Generalizia - Roma

688

1

P. LODI ALFONSO

Di Treviglio. Professò in S. Pietro di Monforte di Milano il 10/9/1684. Ma la sua professione fu annullata per aver tenuta occultata la sua imminente cecità. Rimase in congregazione come aggregato a tutti gli effetti. Nel 1741 domandò di nuovo di poter professare come leggiamo negli atti del Definitorio: "Il P. R.mo Gen.le espose le calde istanze del Sig. D. Emmanuele Alfonso Lodi che, dopo essere tra di noi vissuto in qualità d'Aggregato per cinquanta e più anni, desiderava di essere ammesso al Noviziato e supplicava della dispensa per l'età. Si venne ai voti segreti, e in vista di rilevanti benefizi da esso lui fatti alla Congregazione nostra si sono ritrovati tutti favorevoli a renderlo poi consolato pienamente si è data commissione al M. R.P. Proc. Gen. perchè in Roma procuri la dispensa sul difetto della cecità, e insieme la licenza di poter fare il Noviziato nell'orfanotrofio di S. Martino, ove è sempre vissuto".

Si diede totalmente alla predicazione, pur non essendo sacerdote e ma solamente diacono. Fra le altre memorie ricordiamo i seguenti "Arch. Bibl. Tortona - Atti della città - vol. 61.

9/5/1707 - (Funzione di Loreto) indi si è sentito un eruditissimo panegirico del M.R.P.D. Alfonso Lodi della Congr. somasca, che è stato universalmente applaudito.

Nel 1714 predicò la Quaresima nella cattedrale di Lugano "senza aver mai lasciato una predica, con tanta soddisfazione di tutti e tanto applauso, che lasciò appo di tutti un' eterna memoria di se medesimo, sendosi portato tanto bene che dalla maggior parte veniva detto il caeucus videns" (atti collegio di Lugano).

Morì novizio in S. Martino di Milano il 16/10/1741.
Valga l'elogio scritto da P. Rossi Filippo (bibl.
S. Severino Marche).

H. P. D. Ottavio – Maria Paltrinieri Ch. R. S. a pag. LXXXII.
del suo Elogio del Nobile e Pontificio Collegio Clementino di
Roma MDCCXCV. presso Antonio Fulgoni così scrive intor=
no al P. Lodi: „ H. P. D. Carlo-Maria Lodi Patrizio Cremonese fu
„ Convittore del Collegio Clementino nel 1681. Vestito l'abito della
„ Congregazione di Somasca, vi si distinse e colle virtù del cuore, e
„ col sapere. Viene registrato dall'Arisi tra i Letterati della sua
„ patria, e chiamato Somaschensium decus, aggiugnendo, dicere nem=
„ pe satis sit terna vice suae Nobilissimae Congregationis Praeposi=
„ tum Generalem electum fuisse. Morì l'anno 1740. e il P. D. Mau=
„ ro Martinengo il celebrò con un'Orazione, e gli Arcadi di quel=
„ la Colonia con diverse Poesie pubblicate nel libro: Prosa, e
„ Rime in morte ec. Cremona 1740. „

---

literarum fulgore decorus, in Coetu Affidatorum clarus, inter
Arcades clarissimus Pastor Lamiacus. Sub hoc nomine edi=
dit Librum Venetiis 1743. cui titulus: Gli Asolani del
Cardinale Bembo compendiati, e tradotti in versi toscani.
Cremonae vero anno 1740. evulgavit: Prosa in morte
del Reverendissimo Padre D. Carlo – Maria Lodi Assistente
Generale de' C. R. S., item varia Poetica in Miscell. „

Bibl. S. Severino: carte Ro.ş. Filippo

(27)

P. D. Alfonso Lodi Ch. R. S.

Di questo Padre così scrive il Cevasco nel suo
Breviarium historicum etc. „ Lodi Alphonsus De –
Trivilio, XVII. Saeculo labente Congregationem ingressus,
superveniente oculorum omnimoda caecitate inter Professos
cooptari minime potuit, aggregari tamen simplicibus
Votis concessum 1684., nec otiosus stetit. S.S. Patres,
Scripturae Interpretes, Scribentium Commentarios sibi per=
legi curans, munus concionandi suscepit, in eoque
adeo polluit tum ex eruditione, tum ex aureo dicendi
genere, et cultu, ut prope incredibilem cum admiratio=
ne laudem fuerit consecutus. Venetiis, Mediolani; Ver=
cellis, Augustae Taurinorum, Lugani, Fossani, Nova=
riae mirabiliter concionatus est. Mediolani, ubi diutius
substitit eam existimationem sibi comparaverat, ut
frequentissime Primores de Civitate ad eruditionem
hauriendam, consiliaque captanda ad ipsum confluerent.
Factus haeres ex asse praemortui fratris sui, obiit
et ipse Mediolani in nostro Orphanotrophio anno
1741. Die 16. octobris, legavitque Collegiis Divae Ma=
riae Secretae, et Divi Petri in Monforto summam
aureorum non modicam ex benevolentia in Religionem.
Ejus M. SS. asservantur in ea pia Domo Sancti Mar=

tini. Conciones in Quadragesima, et Sermones de Sanctis."

Il Tadisi nella sua nota XLVII. ha quanto segue: "Lodi Alphonsus post emissam solemnem Professionem anno 1688, fuit omnimoda caecitate correptus; quae cum a quadam vitiata antecedenti inspectione, sed occultata, processisse videretur, a Ven. Definitorio nostrorum tenore Constitutionum nullitas Professionis pronuntiata fuit die 16. Maji 1686. Ad patrios rediit lares. Fratres suos in judicium provocavit pro asse paterno dividundo, et propitiam sibi sententiam obtinuit ab Exc.mo Senatu sub die 5. Febr. 1687. Sed assentiente Religione decernens cum Religiosis iterum cohabitare, cum Fratribus suis amice convenit, ut Ipsi quotannis, in posterum donec viveret, Scuta quinquaginta pro suis alimentis Collegio sui domicilij, sibique vero pro annuo livello viginti quinque, et insuper pro una vice tantum, sed paulatim, libras mille Imp. erogarent, Instrumento recepto, et a P. Generali approbato, die 6. Martij 1688. Regressus igitur tanquam hospes ad claustra, eam laudabilem, omnibusque numeris, tum ex pietatis, cum e studiis argumentis, absolutam egit vitam, quae in Auctoris textu describitur.

Addo tamen, quod ea plurima, qua pollebat, gratia, e corporis, animique gratiis nata, iisque linguae, gestuum,

vultusque lepores, quibus erat gratissimus, vel in ipso primo intuitu, primoque colloquio, omnium benevolentiam sibi conciliabant. Et quoniam facta vultus est mentio, rem sane admiratione dignam non erit inutile commemorare. Nullo barbitonsore utebatur, sed ipsemet sibi faciei pilos radebat, quin acuta novacula dolum faceret. Id mihi incredibile videbatur, nisi propriis oculis videbatur. Ipse nunquam vini, sed semper aquae, cujus ad temperandum calorem plures situlas singulis diebus exhauriebat, usus est potu. Ejus dignissimae consuetudinis sorte fruitus fui, cum Ipsi, conciones quadragesimales habenti in Oppido Lugani anno 1714, in Collegio meo regimini commisso inserviendi honor mihi contigit et voluptas. Ex suorum Concionum emolumentis plura millia librarum Imp. priusquam infrascriptam haereditatem adiret, in beneficium Collegij S. Mariae Secretae ad censum jam erogarat. Quamquam nullo, vel Minori Ordine initiatus, nihilominus ex indulgentia Archiepiscopi Mediolanensis, aliorumque Episcoporum, stolam in concionando gestabat.

Die 14. Januarij 1738. obijt sine haeredibus ab intestato unicus ejus Frater Dnus I. C. Ersilius Lodi. P. Alphonsus immediate die 16. possessionem fraternae haereditatis, quae ducentis librarum Imp. millibus constare dicebatur, Judice authorante nactus est. Post aliquot men=

ses insurrexerunt D. D. Joseph Bicettus J. C. et Joseph Sorbellongus, qui haereditatem jure cognationis, quamvis remotae, ad exclusionem Agnati intentata lite sibi arrogabant. Hac unica innitebantur praesumptione, quod P. Alphonsus irritam Professionem ratificasset, desumpta ex gestatione habitus, bireti, et stolae, et persistentia in Pia Domo S. Martini Orphanorum: ex quibus conjecturis ratificationem, et consequenter haereditatis incapacitatem argutabant. Ut opportunius causae suae consuleret D. Alphonsus, juxta cujusdam Senatoris consilium, dimisso regulari Clerici Saecularis habitum, adscitamque caesariem assumpsit, sibique nomen baptismale Dñi Don Emmanuelis restituit. Quae quidem poterat, utpote non professus, sine contentione arbitrari. Sed futiles eorum argutationes optime retudit validissima sua Allegatione (ex qua impressa haec ego desumpsi) Dñus Adv. Alexander Maria Tadinus, et victoriam reportavit; hoc enim prodiit Senatus consultum sub die 2. Septembris 1738.

Censuit Senatus = Non esse locum continuationi; seu manutentioni petitae per J.C. Bicettum et Sorbellongum, et praecepta diei 15. Januarij et 27. Martij currentis anni sortiri debere effectum favore suplicantis a Laude, non obstantibus deductis. Salarium solvendum pro medietate per dictum supplicantem a Laude, et

pro alia per Bicettum et Sorbellongum.

Haec agendo nec domicilium immutavit, nec a suae Congregationis amore defecit. Aliquam haereditatis portionem praefatis Affinibus suis liberaliter impertitus est. Reliquum hac oeconomia legavit, ut ea in suo testamento assignata summa pecuniae in erectione novi Templi S. Mariae Secretae, ea in substituendis redditibus, propter eversionem domuum pro dicto aedificio construendo defecturis, ea in institutione Novitiatus ex Ministrorum manutentione in Collegio S. Petri in Monforte, impenderentur.

Si licet divina scrutari consilia, licet arguere, quod, quemadmodum Secretiani Collegii Patres in praedicta obsoleta et ferme diruta Ecclesia ad divinum cultum promovendum sedulo incumbunt, et enixe laborant, sic Deus eorum praemeditatae hiero=fabricae desiderium, et aliquantulum aeris congeriem ad id jam praeparatam, sua mirabili providentia et fortunavit et auxit.